Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv, Commentarii

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Sueuiam eua[n]gelizans perlustrat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Visual Library

no ac Ferrarienſi Ducibus; nuptum datæ, audie-
bat confeſſiones, & animos integros, optimeque
paratos ad pietatē inſtituebat. Earum etiam po-
ſtulatu magna pompa, apparatuque, ipſismet ci
Procerum magna corona ſpectantibus, ereptam
Turcis virginem Valacham ſacrofonte perfud
in Pentecoſte, cum antè aptam tempori, ac cære-
moniæ orationem habuiſſet.

Sueuiam euangelizans perluſtrat.

Oeniponto dimiſſus vix Auguſtanis ſe ſerede-
diderat, cum ad nouam expeditionem excitur. A
Præfecto Sueuiæ Georgio Ilſungo euocatus mul-
ta perluſtrauit ampla, ac peruetuſta Monaſteri
velut in arentes agros tempeſtiuum circumferē
imbrem verbi Dei. Nec dubitauit in Ciuitat
quoque Lutherana præſentibus Hæreticis catho-
lica perſonare tuba, haud ſine audientium bono
Quacumque præteruehéretur, conueniebant
vndique doctrinam, conſolationem, & Sacramē-
ta petituri circumcolentes orthodoxi viri, femi-
næque. Acceſſit & opulenta Matrona, quæ quan-

Nobilem matronam Catholicis reſtituit.

quam in catholicam nupta erat familiam, à viro
que, ac ſocru frequenter compellebatur, nunquā
tamen ab Lutherana peſte, quam cum lacte hau-
ſerat, parenteſque ſui ac ceteri eorum neceſſarij

obti-